

Aduertencias para

concessa, non potest contra ea allegari non
usus, qui legitimam inducat prescriptionem.
Presertim cū non usus minime preiudicet ig-
norantibus: & talis non usus indictis Reli-
gionibus ex ignorantia priuilegiorum fuerit
introducatus.

22 ¶ Et quod amplius est, tandem aduertit
presbyteros seculares in Ecclesijs Mendican-
tium celebrantes posse de licentia Fratrum
Sacramentum Eucharistię vtriusq; sexus fide-
libus ministrare, etiam in communionem Pas-
chali, vt manifeste patet ex preallegato Iulij
2. indulto Fratribus Minimis facto. Et sic te-
net Medina in sua Confessorum instructione,
lib. 1. cap. 11. in fine. Et Enriquez. 2. To. de Eu-
charistia lib. 7. cap. 55. nu. 1. lit. cc. de licentia
Sacristę posse quemlibet Sacerdotem secula-
rem in Ecclesijs Mendicantium celebrantem,
Eucharistiã fidelibus ministrare. Quod aded
est verum, vt celebrando tempore interdicti
id ipsum efficere possit, si seculares habeant
facultatem recipiendi hoc Sacramentum tali
tempore, vt adnotauit Cordua in Additioni-
bus ad Compendium, tit. Communicatio pri-
uilegiorum.

23 ¶ Circa hæc aduerte, q̄ aliqui viri non in-
docti